



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere  
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem  
libros partitum**

**Marulić, Marko**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 M 1298**

de patientia persecutionis. cap. 14.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35578**

Ie ista contumelia liberaret, exaudita octauo viro de-  
sponsatur, Tobiae iuniori, dominoque fauente cum illo  
feliciter vixit. Tu quoq; beatus eris, & preces tuæ ad au-  
res domini sabbaoth peruenient, si cum psalmista dice-  
re poteris: Qui inquirebant mala mihi locuti sunt va-  
nitates, & dolos tota die meditabantur, ego autem tan-  
quam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperi-  
ens os suum, & factus sum sicut homo non audiens, &  
non habens in ore suo redargutiones, quoniam in te  
domine speravi, tu exaudies me domine deus me-  
us. Sic certe exaudita est Chananea mulier pro filia  
supplicās, quando canibus comparata humili responso  
intimam cordis patientiam indicauit.

## De patientia persecutionis.

## Caput. XIII

**P**auli apostoli, in quo Christus loquebatur, senten-  
tia est: Omnes qui pie volunt viuere in Christo  
Iesu, persecutionem patientur. Quid ergo de alio  
rum inuidia querimur, si ea ipsa testis est nostræ in de-  
um pietatis ac religionis? Dominus noster Iesus Chri-  
stus malorum inuidiam passus est. Cum ab hominibus  
expelleret immundos spiritus dixerunt: In Beelzebub  
enicit dæmonia. Idem sola verbi virtute morbos curat  
mortuos suscitat, & aiunt: Non est hic homo a deo qui  
sabbatum non custodit. Si ergo pro benefactis male au-  
dit iustus & innocens dominus, quare cum detractores  
accipit, trascitur peccator seruus? Ille apostolis suis dice-  
bat: Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis  
odio habuit; si de mundo fuissetis, mundus qd suū erat,  
diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi  
vos de mundo, propterea odit vos mundus. Quoties er-  
go patimur quæ in carne passus est dei filius, quæ passi-  
funt electi serui eius, æquo animo toleremus. Non est  
seruus maior domino, aut fateamur nos, qui multorum  
criminum consciū sumus, indignos esse iniuria, & illum  
dignum qui peccatum non fecit vel illos qui spiritus an-  
imo repleti erant, & tamen infestationibus impiorum

psal. 57

Mat. 15  
Chananea

2. Tim. 3

Mat. 12  
Ioha. 2

Joh. 15

hominum carere nō poterant. Quod certe fateri nemo, ni stultissimus fuerit, potest. Dominus igitur omniū in nocentissimus, omnium optimus, falsis criminacionib⁹ circumuenitur & tacet, accusatur & nihil respondet, ab hominibus dijudicatur hominum angelorumq; conditor atq; dominator, & sustinet . Nos vero in peccatis geniti, in vanitatibus enutriti, nos inquam omnib⁹ in iuris digni, etiam ad leues offensas excandescimus, ringlemur, furore replemur. Quod si paulo diligentius conscientiam nostram examinabimus, inueniemus, nihil mali nobis non iure ac merito accidere . Nam licet illū a quo accepimus iniuriam nunquam offenderimus, offendimus tamen deum in multis . Ideo quicquid etiam ab illis quos non læsim⁹ patimus, ex iusto dei iudicio p̄uenire sciamus, feramusq; molliter ac modeste, iuxta ilud Micheæ prophetæ. Iram domini portabo, quoniam peccauit ei, donec causam meā iudicet, & faciat iudicium meū, & educet me in lucem, & videbo iustitiam eius. Iram ergo domini per quam humiliter toleremus, quia peccauimus, tunc autem ab eo speremus lucem, cū per peccatorum pœnitentiam iratum placauerimus. Ne que enim aliter egit latro in cruce, cum fateretur iuste se pati & digna factis recipere, & conuersus ad saluatorem clamaret. Memento mei domine cum veneris in regnum tuum. Ob quam tolerantiæ subsectionem meruit & ipse inuitari ad lucem, domino respondentे. Hodie mecum eris in paradiſo. Tunc omnis pœna illa delinquentis versa est in gloriam pœnitentis, cum se pœna dignum diceret, seq; illi cui peccauerat commendaret. Porro quando inimici inuidia vitæ tuæ insidiatur David, propone tibi illam erga Saulem regem Davidis patientiam. Sæpius ab ipso ad necem petitus fugiendo declinabat periculum. Bis quidem potuit capitalem inimicū sua interimere manu, sed noluit . Qua cōstantia dignissimus vius est, qui ei in regno succederet. Vnde confidenter postea locutus est. Si reddidi retribuentibus inimici mala, decidā merito ab inimicis meis inanis. Et iterum Psal. 119. Cū ihs q; oderūt pacem, erā pacificus. Hoc plane patientiæ

Mich. 7

Psal. 7.

Psal. 119.

Matt. 5.

genus commendatum est nobis in euangelio, dño dicente: Diligite inimicos vestros, benefacite ijs qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniatibus vos, vt sitis filij p̄fis vestri, qui in cælis est. Qui ergo parum patiens fuerit, qui odientem non dilexit, qui denique pro iniuria beneficium benevolentiamq; non reddiderit, patris cælestis filius esse nō poterit. Ille solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, vt doceat te omnes diligere, neminem lădere, nullam appetere vindictā cum offensus fueris, sed potius offensa re dignum iudicare. Hæc humilitatis, hæc patientiæ virtus est. Virtus autem, (vt apostolo placet) in infirmitate perficitur. Vbi exerceres patientiæ virtutem, si nemo esset qui aduersaretur, qui inuidiceret, q; hostiliter infestaret? Ob hoc igitur etiam malos esse permittit deus, vt per eos boni exerceantur, & ad perfectionem vitæ perueniant, odia hominum non vindicando, sed sustinendo.

¶ De patientia ingratitudinis, percus-  
sionis & bonorum ablationis.

Caput XV.

**S**ed ab illis, inges, qbus in primis obsecutus sum, in qs beneficia plurima contuli, patior iniuriā, & qs mihi semper amicissimos fore sperabam, eorum odia sustineo, magisque me angit ipsorum ingratitudo quam offensa. At etiam Christus dominus tuus qs venerat saluare, ab ijs passus est necem. Christi quoque Apostoli, quibus viam veritatis monstrabant, vt credendo beatitudinem consequerent, ab illis ludibria vera, mortem sustinuere. Vis tu non amittere bonum quod feceris? æquo animo feras & ingratos, magisque tibi proderit patientia tua, quam nocebit illorum perfidia. Ad hæc si etiam verberibus afficeris, si opibus exueris, si torqueris & ad mortem posceris, talia sancti martyres perpessi sunt, talia pro nobis dominus & salvator